termino tanquam peremptorio stare, sum perere, rendere, Vadium praefatum luere, Inscriptioni huic Satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, Illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes causa eiusdem terminos semper peremptorios, Vera Infirmitate, maiori, minorennitate Successorum, Legatione intra Vel extra Regnum, Servitio militari, ad Munimenta, ad Evictorem, Vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem praeterea Utraque vices officij praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia paenis Simplicibus Vel triplicatis, Citationibus, Suspensionibus, fatalijs iuris, praetensione Terrae, bello, Commotione, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis euadendo. Haec sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Idem Krasicki Rudo Lenczewski adscribit in Vim Reemptionis.

Comparens personaliter coram Officio, Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Illustris Martinus a Siecin in Krasiczyn Krasicki Pocilator Terrae Premisliensis Sanus mente et corpore existens, a Terris, Debitibus, Iuribus, Iurisdicionibus suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo,

praesenti vero castren. Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, se cum Successoribus ac bonis suis genter omnibus totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse ad originalem et principalem Summam Octo Millium florenorum polonicalium per se Recognitem in tota et integra Villa Wola Krzywiecka Terra et districtu praesenti Premysliensi iacente et consistente, modo Reemptionis seu sub pacto retroemendi et retrovendendi, Admodum Rndo Domino Stanislao Lenczowski Prothonotario Sedis Apostolicae, Dynoviensi Praeposito, Plebano Krzywiecensi, Secretario Sacrae Regiae Maiestatis, coram Actis officij praesentis feria tertia post Dominicam Invocavit Quadragesimae proxima Anno praesenti inscriptam et ad solvendum assecuratam: Summam Trium Millium Centum florenorum polonicalium ascribit, adiungit et associat, in unamque et indivisam Summam copulat et connectit, ita ut Summae eaedem utraque Summam unam ac indivisam Undecim Millium Centum florenorum polonicalium efficiant, Inscriptionem eandem Reemptionalem priorem per praesentem, et praesentem per illam priorem in toto approbando et ratificando, atque bona eadem totius et integrae Villae Wola Krzywiecka Summa praefata cumulativa Undecim Millium Centum florenorum polonicalium in onerat, et in bonis praefatis totius et integrae Villae Wola Krzywiecka, in Palatinatu Russiae, Terra vero et districtu praesenti Premysliensi iacentis et consistentis, Sum omni eorumque bonorum Iure, dominio, proprietate, tituloque venditionis reemptionali, cumque omnibus et singulis bonorum eorumque utilitatibus collocando, demonstrando et assignando

fructibus, proventibus, redditibus, commodis, emolumentis, et obventionibus quibusvis: tum agris, fundis, pratis, campis, pascuis, pascuarijs, sylvis, borris, gajis, nemoribus, indaginibus, rubetis, vepretibus, virgultis, mericis, stagnis magnis et parvis, piscinis, piscinulis, fluvijs, fluminibus, lacubus, paludibus, rivis, rivulis, torrentibus aquis, aquarum decursibus, molendinis, tabernis, horreis, horlodijs, hortis pomarijs, apiarijs, apum mellificijs, sepibus, sepimentis structurisque et aedificiis quibusvis: necnon subditis, proventibus, hortulanis, inquilinis, eorumque laboribus, censibus, dationibus, vecturis, munijs, officijs et obsequijs quibusvis, attinentijsque et pertinentijs generaliter universis nihil ex praemissis juris, dominij, proprietatis, possessionis, aut cuiuis competentiae et praerogatiuae pro se Recognte, suisque successoribus, aut quopiam alio reseruando seu excipiendo, verum ita late, longe, circumferentiaque prout praefatorum bonorum haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et protenditur, et quibus ea bona ipsemet Magnus Recognus tenuit, habuit, et possidebat, ipsumque concernebant, ac eidem legitime serviebant; Jam ex nunc et de facto Supto Admodum Reverendo in Christo Patri Stanislao Lenczowski Prothonotario Sedis Apostolicae, Dijnowiensi Praeposito, Plebano Krzyuecensi, Secretario Sacrae Regiae Mattis, eiusque posteris vendidit, inscripsit, et resignauit, prout vendit, inscribit, et resignat praesentibus, vi tum tamen Reemptionis seu cum pacto retroemendi et retrovendendi inscriptionis praesentis reemptionalis vigore. In qua quidem

bona summa praefata simul iuncta Undecem Millium Sexcentum
florenorum polonicorum onerata, praemissaque omnia praesentibus modo
quo supra inscripta, is idem Recognoscens Magnificus Martinus
a Siecin in Krasiczyn Krasicki, Pocillator Terrae Prze=
myslensis, praenominato Admodum Reverendo in Christo Patri
Stanislao Lenczowski Prothonotario Sedis Apostolicae
Dynoviensi Praeposito Plebano Krzywecensi, Secretario
Sacrae Regiae Maiestatis, eiusque posteris, iam communi et de
facto, coram officio praesenti dat et admittit realem Intro-
missionem, et actualem pacificamque possessionem, per Ministerialem
quemcunque competentem, et Nobiles duos hic quacunque voluerit
officiose acceptandam: per ipsum Admodum Reverendum Emptorem
suum, eiusque posteros, haec eadem bona praesentibus Vendita, cum
omni iure, dominio, proprietate, competentiaque et praerogativa
quavis tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et
pacifice Utifruendi, ac ad suos, Suorumque Successorum quoslibet
beneplacitis Ususfructusque libere et effectualiter convertendum
modo et Iure Venditionis Reemptionali. Debetque et
tenebitur insuper Recognoscens Magnificus Martinus a Siecin
in Krasiczyn Krasicki, Pocillator Terrae Premysliensis,
qui se ac suos Successores, in et super bonis suis generaliter
omnibus, Summisque pecuniarum quibusvis habitis et habendis
supradicto Admodum Reverendo in Christo Patri Stanislao
Lenczowski Prothonotario Sedis Apostolicae, Dy=
noviensi Praeposito, Plebano Krzywecensi Secretario
Sacrae Regiae Maiestatis, Emptori suo, inscribit et obligat
praesentibus, ipsum, et eius Successores in dictis bonis praesentibus
Venditis, et ratione eorumque omnium, ab omni et quibusvis

impetitione iuridica quarumcunque personarum, cuiuscunque conditionis, Status et Sexus cuiusuis existentium ex actione Aviatorum exoriunda, in omni Iudicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri, defendere eximere, intercedere et liberare, indemnemque cum posteris reddere, necnon bona praefata praedicta vendita ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus, praetensionibus, Reformationibus superiisdem bonis praedictis per Ingressum venditis cuicunque personarum modo quouis factis et faciendis, tum etiam a quibusuis Citationibus super eadem bona, praemissaque omnia praedicta vendita importatis et importandis, Luitis clenis et perluentis, processibus Iuris quibusuis in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus, et in quouis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praedictis venditis modo quouis perductis et perducendis emundare et eliberare, mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam coram Officio praedicto admissam in fundo bonorum praefatorum praedictis venditorum dum per Ministerialem et Nobiles duos officiose requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, dataque et admissa eadem, possessionem et Vsumfructum praemissorum omnium et singulorum quouis modo tam per se, quam per suas quasuis submissas et subordinatas personas non praepedire nec adimere, ipsumque Emptorem suum, ac ipsius Successores in dictis bonis praedictis venditis tam in toto, quam in quauis minima parte non inturbari ita ut eadem bona praemissaque omnia cum vniuersis eorumque

Vtilitatibus et Vsufructibus, is idem Emptor suus, cum suis posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Reemptionalis Vigore tenere, habere, et possidere queat illisque Vtifrui possit, modo ac Iure Venditionis Reemptionalis. .... sub Vadio similis Summae Similium centum Vndecem Millium Centum floren. polon. per eumque Agentem Vel eius posteros, Supradicto Emptori suo, aut eiusque Successoribus ob non completionem Commissorum omnium et singulorum, tam in toto, quam in parte, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. pro quo quidem Vadio modo dicto Commisso ad solvendum succumbito, ac pro re aliqua principali ex Commissis non completa complenda, citatusque ex nunc mratq Recognoscens Magnificus Martinus a Siecin in Kradiczyn Krasicki Pocillator Terrae Premysliensis sive eiusque successores, ad instantiam supradicti Admodum Reverendi in Christo Patris Stanislai Lenczowski Prothonotarii Sedis Apostolicae, Dynoviensis Praepositi et Plebani Krzyweczensis Secretarii Sacrae Regiae Maiestatis Vel eius posterorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense, ex tunc recessu Supradicto, quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare, in iure parere, respondere, Vadium Commissum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus: Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes, faciendo eius terminos semper peremptorios Vera Infirmitate, pro

261

macion, minorennitate Succeorum, Legatione intra Vel extra Regnum servitio militari, ad Munimenta, ad Evictorem, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem praefatam Ultra praefatos Officij praefati Castren. Capitanealis Praemysliensis terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, appellationes ac earum prosequtiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, fatalijs Iuris, protectione Temporis bello, Conventioneque, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Itaque praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Idem Krasicki et Saybor-ski mutuo sese Quietant.

261 Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitanealibus Premysliensibus Magnificus Martinus a Siecin in Krasiczyn Krasicki Pincerna Terrae Premysliensis ab Una, et Nobilis Vladislaus Sayborski partibus ab altera. Sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus Iudicijsque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castren. Capitaneali Premysliensi Iudicio quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo interesse recognovit.